Fragmentarium

ram non fecerunt pereant de terra:
et de his que sub celo sunt. Qui fa
cit terram in fortitudine sua: prepa
rat orbem in sapientia sua. et pruden
tia sua extendit celos. Ad vocem suam
dat multitudinem aquarum in celo:
et elevat nebulas ab extremitatibus
terre. fulgura in pluviam fecit: et edu
cit ventum de thesauris suis. Stultus
factus est omnis homo a scientia sua. con
fusus est omnis artifex in sculptili: quoniam
falsum est quod conflavit. et non est spiritus
in eis. Vana sunt et opus risu dig
num. In tempore visitationis sue peribunt.
Non est his similis pars iacob. Qui
enim formavit omnia ipse est deus. et israel virga
hereditatis eius. Dominus exercituum nomen
est illi. Congrega de terra confusionem
tuam que habitas in obsidione. Quia
hec dicit dominus. Ecce ego longe proiciam
habitatores terre in hac vice: et tribu
labo eos ita ut non inveniantur. Ve
michi super contritione mea: pessima pla
ga mea. Ego autem dixi plane hec infir
mitas mea est: et portabo illam. Taber
naculum meum vastatum est: omnes funi
culi mei dirupti sunt. Filii mei diru
pti sunt. et non subsistunt. Non est qui
extendat ultra tentorium meum: et
erigat pelles meas. Quia stulte ege
runt pastores. et dominum non quesierunt:
Propterea non intellexerunt. et omnis gre
gex eorum dispersus est. Vox auditio
nis ecce venit. et commotio magna de
terra aquilonis: ut ponat civitatem
iuda in solitudinem et habitaculum draco
num. Scio domine quia non est hominis via
eius: nec viri est ut ambulet. et diri
gat gressus suos. Corripe me do
mine. verumtamen in iudicio et non in furo
re tuo: ne forte ad nichilum redigas
me. Effunde indignationem tuam super
gentes que non cognoverunt te. et super
provincias que nomen tuum non invocave
runt: Quia comederunt iacob et devora
verunt eum. et consumpserunt illum. et de
cus eius dissipaverunt.

XI

Verbum quod factum est ad ieremiam
a domino dicens. Audite verba pacti hu
ius: et loquimini ad viros iuda. et ha
bitatores ierusalem. et dices ad eos. Hec
dicit dominus deus israel. Maledictus vir qui
non audierit verba pacti huius, quod pre
cepi patribus vestris in die qua eduxi eos
de terra egypti. de fornace ferrea. dicens.
Audite vocem meam et facite omnia
que precipio vobis. et eritis michi in populum. et
ego ero vobis in deum: ut suscitem iura
mentum quod iuravi patribus vestris daturum
me eis terram fluentem lacte et melle. si
cut est dies hec. Et respondi: et dixi.
Amen domine. Et dixit dominus ad me. Voci
ferare omnia verba hec in civitatibus iuda
et foris ierusalem dicens. Audite verba pa
cti huius. et facite illa. quia contestans
contestatus sum contestatus sum pa
tres vestros. in die qua eduxi eos de ter
ra egypti usque ad diem hanc. Mane
consurgens contestatus sum: et dixi.
Audite vocem meam. et non audie
runt nec inclinaverunt aurem suam: sed
abierunt unusquisque in pravitate cor
dis sui mali. Et induxi super eos omnia
verba pacti huius que precepi ut facerent
et non fecerunt. Et dixit dominus ad me. Inven
ta est coniuratio in viris iuda: et habi
tatoribus ierusalem. Reversi sunt ad iniqui
tates patrum suorum qui noluerunt
audire verba mea. Et hii ergo abierunt
post deos alienos ut servirent eis. Ir
ritum fecerunt domus israel. et domus
iuda pactum meum quod pepigi cum patribus
eorum. Quam ob rem hec dicit dominus. Ec
ce ego inducam super eos mala de quibus
exire non poterunt: Et clamabunt ad me
et non exaudiam eos. Et ibunt civita
tes iude et habitatores ierusalem. et clama
bunt ad deos quibus libant: et non salva
bunt eos in tempore afflictionis eorum. Se
cundum numerum enim civitatum tuarum
erant dii tui iuda: et secundum numerum via
rum ierusalem. Posuisti aras confusionis. aras
ad libandum baalim. Tu ergo noli
orare pro populo hoc. nec assumas pro eis
laudem et orationem: quia non exaudiam in tempore
clamoris eorum ad me in tempore afflictionis

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 10) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15739)